



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz


Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica IV. post Pascha.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

frum. Joan. 16. v. 22, 1. Aliqui gaudent in Domino. 2. Aliqui gaudent in Saeculo. 3. Aliqui gaudent in Diabolo. Primi sunt, qui gaudent in Bonis: Secundi, qui gaudent in Vanis: Ultimi, qui gaudent in Malis. Mali exultant in rebus pessimis; Mundani ad sonitum gaudent tympani; Boni, gaudent, quod Nomina eorum scripta sint in Coelis.



DOMINICA IV. post PASCHA.

THESIS I. Quò vadis? Joan. 16. v. *Via peccatorum.*
16. 1. Peccatores vadunt cogitando. 2. Cadunt consentiendo. 3. Conteruntur Operando. 4. Illaqueantur per Consuetudinem. 5. Capiuntur in Morte. Hugo Cardin. in Prov. c. 28. Ecce semita peccatorum! Quò vadis?

THESIS II. Vado. Joan. 16. v. *Discessus Christi.*
15. Quatuor deplorandi Christi discessus. 1. Quando recedit cum Gratia
H 4 tia

tia sua. II. Quando recedit cum Fide sua. III. Cùm hominem incorrigibilem deserit. IV. Cùm in Iudicio recedet à Damnatis. *Faber hic Cont.*
4.

THESES III. *Expedit vobis, ut ego vadam.* Joan. 16. v. 7. Subinde expedit, ut *Nos à Deo.* II. Subinde expedit, ut *Deus à nobis vadat.* Primum scilicet, ut relinquamus Deum propter Deum: Secundum, ut diligamus Proximum in opere: Semper enim dulciter adhærendo Deo, nunquam negotium Proximi curaremus. Expedit ergo subinde, ut Deus hominem propter hominem, & homo Deum propter Deum tantisper dimittat.

THESES IV. *Expedit vobis, ut ego vadam.* Joan. 16. v. 7. Idque propter sex causas, quas videre est infra Festo Ascensionis, Thesi. 8.

Mundus, THESES V. *Spiritus Veritatis* Joan. 16. v. 13. *Mundus totus est Mendacium.* I. In suis *Cogitationibus.* II. In suis *Verbis.* III. In *Operibus* suis. P. *Wespin, Dom. 1, Quadrag. Part. 2.*

THE

THESIS VI. *Tristitia implevit cor vestrum.* Joan. 16. v. 6. *Tristitia tres Medicos habet.* I. *Primo Tempus.* II. *Secundo Rationem.* III. *Tertio Deum.* Dixit quidam apud Rodriguez tract. de Tristitia part. 2. tract. 6.

Tristitia bona.

THESIS VII. *Tristitia implevit cor vestrum.* Joan. 16. v. 6. *Tristitia, quæ secundum Deum est, in Justis producit* I. *Collectionem animi.* II. *Compunctionem cordis.* III. *Tranquillitatem conscientia.* *Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in Salutem stabilem operatur.* 2. Cor. 7. *Tristitia bona, inquit Cassianus l. 9. c. 10. obediens est, affabilis, humilis, mansueta, ac patiens, utpote ex charitate Dei descendens, & ad omnem dolorem Corporis, ac Spiritûs contritionem infatigabiliter semetipsam, desiderio Perfectionis, extendens.* P. Texier. hęc.

THESIS VIII. *Tristitia implevit cor mala vestrum.* Joan. 16. v. 6. *Tristitia, quæ secundum Mundum est, producit* I. *Dissipationem Spiritûs.* II. *Obdurationem Cordis.* III. *Perturbationem Conscientia.* *Sæculi autem Tristitia mortem operatur.* 2. Cor. 7. *Utilis*
H 5 no.

nobis una re tantum Tristitia iudicanda est, cum hanc pœnitentia delictorum concipimus. S. Aug. l. 9. Conf. c. 10. Tristitia mala asperissima est, impatiens, dura, plena mœrore infructuoso, ac desperatione pœnali. . . à salutaris dolore revocat, Orationum efficaciam intercipit, fructus Spiritus Sancti evacuat. *Cassian, l. 9. c. 10. Textus hic.*

Effectus.

THESIS IX. *Tristitia implevit cor vestrum.* Joan. 16. v. 6. Tristitia est Deo, Proximo, & sibi molestus. I. Deo, quem inhonorat, & quasi non Providum ignorantia, & injustitiæ accusat. II. Proximo, quem scandalizat à virtute, & servitio Divino averterendo; familiam ex conversatione tædii afficit, eique gravis fit, tam superiori quam inferiori se molestus. III. Sibi dum se consummit mœrore, vitam corporis decurtat, animam conficit, se ad omnia officia ineptum reddit. *Crasse in Confid. Fer. 2. Pasch.*

Peccator tristis.

THESIS X. *Tristitia implevit cor vestrum.* Joan. 16. v. 6. Peccator non habet gaudium: I. In Conscientia. II. In Corde. III. In Anima. IV.

In Morte. V. In Deo. VI. In ipso Peccato, *Non est Pax impijs.* Vel, ut Septuaginta legunt: *Non est gaudere impijs.*

THESIS XI. *Tristitia implevit cor vestrum.* Joan. 16. v. 6. *Plorabitis, & flebitis.* Fontes flendi in hac lacrimarum valle sunt: I. Peccata nostra præterita, II. Obstacula Salutis, III. Interdictio Salutis, IV. Vallis lacrimarum ista, V. Mors, Judicium, Infernus, VI. Gloria non sine fletu obtinenda, *Faber Dom. 3. post Pasch. Cont. 7.*

*Tristitia
Causæ*

THESIS XII. *Arguet Mundum.* *Fides.* Joan. 16. v. 8. Spiritus Sanctus hodie dum magnam Christianorum partem arguit: I. *De Peccato*, scilicet Infidelitatis. Sunt enim, qui solum in speciem, alij, qui nihil credunt. II. *De Justitia*, seu Virtute, quæ apud plures Christianos non nisi externa, & humana invenitur. III. *De Judicio*, quia sunt, qui Judicium Dei vel non credunt, vel si credunt, non timent, vel si credunt, & timent, non student evitare. *Breveteville hic.*

THE-

Peccatum. THESIS XIII. *Arguet mundum de peccato.* Joan. 16. v. 8. Scilicet I. Injurioso Patri. II. Injurioso Filio. III. Injurioso Spiritui Sancto. Vide *Crasset. Confid. ser. 6. post Dom. IV. Pasce.*

Miseria. THESIS XIV. *Tristitia implet cor vestrum.* Joan. 16. v. 6. Nemo est Miser, nisi talis esse velit. *Juglaris Conc. ser. 6. post Dom. I. Quadrages.*

Felicitas. THESIS XV. *Expedit vobis, ut egrediamini.* Joan. 16. v. 7. Ut felix quis evadat, necesse est I. Adhærere Christo, & ire, quod ipse ivit. II. Ut hoc fiat, oportet Christum sequi, & premere ipsius vestigia. III. Hoc ut fiat, oportet abnegare se, & ferre Crucem post eum.

Sensus. THESIS XVI. *Quia non crediderunt in me.* Joan. 16. v. 9. I. Credere solum, quod vides. II. Sperare solum, quod tibi possibile est. III. Amare solum, quod tibi gratum accidit, omnino vita sensuum, seu sensualis est. *Crasset. Confid. ser. 6. post Dom. 2. Epiph.*

Tristitia. THESIS XVII. *Tristitia implet cor vestrum.* Joan. 16. v. 6. I. Oportet

ret timere Tristitiam, quæ oritur ex Gaudio. II. Oportet amare Tristitiam, quæ producit Gaudium. *Dict. Apost.*

THESIS XVIII. *Quò vadis?* Joan. *Via.* 16. v. 5. Quatuor sunt Viæ hominis; I. *Via Infirmittatis*, & hæc est Jerichuntina, per quam homo transit in imagine Dei more fluentis aquæ. II. *Via Necessitatis*, & hæc est via universæ carnis, scilicet mortis. III. *Via Vanitatis*, & hæc est vita in peccatis. IV. *Via Veritatis*, & hæc est Charitas. *Petr. Bless. Serm. 2. in Adventu.*

DOMINICA V.
post PASCHA.

THESIS I. *Petite, & accipietis.* *Atten in Orat.*
Triplex in Oratione attentio est procuranda. I. *Prima ad Verbum.* II. *Secunda ad Sensum.* III. *ad Objectum.* Bona quidem est attentio prima, melior secunda, tertia optima reputatur. *S. Bernardin. Sen. de Oratione & Attentione.*

THE.